



Viri Magnifici, Nobilissimi at g Excellentissimi Domini Johannis Friderici Falckneri, Hæreditarii in Brauswig & Gestewitz, Jcti, Com. Pal. Cæs. Seren. ac Potent. Regis Polon. & Elect. Sax. Consilarii & Scabini, nec non Consulis Lipsiensis meritissimi, die XXVI, Januarii Anno cI# I#cc III. Funeralibus.


Leipzig

LP R 4° II, 00003 (06,29)

https://dhb.thulb.uni-jena.de/receive/ufb_cbu_00006668

urn:nbn:de:urmel-955a739a-a33e-4be2-b7d4-10f5f7c508195-000059647

Lizenz: <https://creativecommons.org/publicdomain/mark/1.0/>



27

VIRI

Magnifici, Nobilissimi atq; Excellentissimi

DOMINI
JOHANNIS FRIDERICI
FALCKNERI,

Hæreditarii in Brauswig & Gestewitz,
Cti, Com. Pal. Cæs. Seren. ac Potent. Regis Polon.
& Elect. Sax. Confiliarii & Scabini, nec non
Consulis Lipsiensis meritissimi,
die XXVI. Januarii Anno c1o 18cc III.
FUNERALIBUS.



Onclamatum est! Ite, Venite, Sequamur in atris
Vestibus exequias! Funus Themis Eusebieque
FALCKNERI indicunt, nostri qui grande Senatus
Præsidium Lumenque fuit, Columenque piorum,
O cives, vestri Servator honoris. Eamus
Omnes, non quibus ire placet. Meruere verendi
Mœneri manes. Effertur, Publica cum quo

Et privata salus effertur. Lumine Funus
Quis sicco videat tam Magni Consulis ire?
Indulgere pium est lacrymis! Hasfundite, Cives.
Infelix vestigal erunt, quod solvere vivo
Debit haud quisquam, defuncto solvere debent
Et cupiunt omnes, justo Virtutis amore.
Si caperet veteris Romæ sibi præmia Virtus,
Injicienda forent læticia Purpura, Flores,
Aurum, virtutis divinæ præmia digna.
Quin Heroa Virum fecissent, stare in aris
Effigies Pario de marmore sculpta, vel ære
Fusa Corinthiaco, radiis è vertice flexis:
Spectares aquilam e bustis ad sidera euntem
Cœruleum per inane. Sed est Apotheosis omnis
Fabula. FALCKNERI æternas meruere columnas,
Et cœlum meruere, DEUM meruere labores.
Hicet! At Numen Patriæ nova Nomina reddet,
Queis innixa suum servabit Lipsia florem.

f.

Matthæus Büttnerus,
Thoruniensis.

Literis, JOHANNIS ANDREÆ Zschauens.

urn:nbn:de:urmel-955a739a-a33e-4be2-b7d4-10f5f7c508195-000059647